

316

Lib. II. Cap. XI.

Etè dictum esse duplex, *ὁρισμένον* scil. seu *definitum* & *ἀόριστον* *indefinitum*. Contingens definitum est, quod plerumque fit, à necessario tamen deficit, seu necessarium non est, teste Arist. d. i. S. s. v.g. hominem canescere, augeri, rabescere. Contingens indefinitum est vel aequaliter tale, seu ut habet Aristoteles l. c. quod ita & non ita esse potest vel quod aequè potest esse & non esse, ut hominem ambulare, potest enim homo ambulare & non ambulare; vel rarò & fortuitò tale, ut fodientem agrum invenire thesaurum.

39. (γ) Etiam hoc observandum, duplicem (quod ad praesens attinet) conversionem apud Aristotelem occurrere: alia enim est, quâ ex prædicato propositionis fit subjectum, & ex subjecto prædicatum, de qua hætenus dictum fuit; alia, quando eòdem terminorum ordine servatò una enunciatio mutatur in aliam oppositæ qualitatis, ut affirmans in negantem, & negans in affirmantem, ubi tamen affirmatio & negatio ratione dicti spectanda est, de quò vid. *Arist. l. c. S. 4. & Menlor. ad d. l.*

40. Hi-